



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Tomus Vigessimus Tertius. Vos ex illo patre Diabolo estis, & desideria patris
vestri vultis facere illius Diaboli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79869](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79869)

Part II.

Qq 3

77. 77
 78. 78
 79. 79
 80. 80
 81. 81
 82. 82

A sunt ad similitudinem, abolita. Quoniam autem *ἐπιθυμία* [hoc est desiderium] indifferens est in Scripturis divinis, non agnoscantibus accuratam vocabulorum significationem à Gentibus qui diligenter disseruere traditum, qui *ἡσέως* [hoc est, quod industrium, studiosumque est] nomen *βούλησις* [hoc est voluntatem] eam deficientes appetitum rationi consentaneum; quod vero malum est, *ἐπιθυμία*, [hoc est desiderium,] quod dicunt esse appetitum à ratione alienum, vel vehementem appetitum; dicendum est omnem naturam genitam desideria patris sui velle facere: quemadmodum etiam omnis natura facit opera patris sui in primis quidem illius patris sancti, ingenti existentis, qui est Deus illius vero in primis mali patris, qui ex nullo est patre: quippe in quo nullus pater effecerit, ut subfisteret pravitatis, sed aversio à Deo genuerit eam. Quod igitur nunc examinatum à nobis est, nempe, *Vos desideria patris vestri vultis facere*, percipit eum est ad Diabolum referri, cum superius dictum sit: *Vos ex patre Diabolo estis*, & subiungatur: *Ille homicida erat ab initio*. Quia etiam ad unumquemque, siue is fuerit ex Diabolo, siue ex Deo, recte dicitur: *Vos desideria patris vestri vultis facere*. Dicuntur enim etiam Dei quædam esse desideria; isto modo sic dictis voluntatibus ipsius: unde in XVIII. Psalmo dictum est: *laudate Dominum verè, simulque iusta desideria: super aurum, & lapidem pretiosum multum*. Quod si legas: *desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum*, ut quædam habent exemplaria; dices desiderabilia digna esse ut aliquis desideret ea; sicut laudabilia, ut laudentur; & diligibilia, ut diligantur. Ut igitur benedicta magis à Deo benedicuntur, & diligibilia magis à Deo diliguntur; sic etiam desiderabilia rationabilibus multo à Deo desiderantur: candidius, & in bonam (ut diximus superius) partem accipientes *ἐπιθυμίας*, [hoc est desiderium] dicente etiam Servatore: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar*. Quod vero etiam in malam partem sumatur desiderium, etiam si sufficere potest præsens contextus quem nunc tractamus; nihilominus tamen ille etiam addendus est: *Qui insuperavit mulierem ad desiderandum eam, jam adulterium in corde suo cum ea commisit*. Porro qui desiderat, non omnino id quod abest de omnino absentia vult. Hoc autem præ-

пра-

[illegible]

A tus vitiati, alteram auditus fani. Ut enim in his non essentia diversa, sed causa quædam contigit, ut auditus, oculus; vitiarentur; sic cujusunque naturæ apti ad assequendam rationem essentia affectiva, eadem est; sive rationem admittit, sive eam renuat. Quod enim in nobis hominibus differat vis illa quæ assequuta est, ab ea quæ non assequitur, hæud equidem dicere queam; etiam si post dictorum intelligentiam alter quidem ea laudans acquiescat dicto, alter vero illud renuat. At frequenter diximus, si concessum fuerit essentias esse diversas, minimèque rerum præstantium capacem Diabolum esse, futurum esse, ut ille à nobis defendatur, perinde quasi pravitatis non sit auctor: notam aliquam insultu ei qui illum creavit, quique ipsi essentiam est largitus: id quod omnium absurdissimum est. Manifesta autem erit absurditas intuenti humanarum animarum essentiam, & insipienti quod quemadmodum fieri nequit ut corpora humana magis quam alia humana corpora, sint alterius, & alterius essentia; ita fieri non posse ut animæ magis quam aliæ animæ, & res ad intellectum spectantes magis, quam res ad intellectum non spectantes, & vis cogitandi magis quam vis cogitandi, sit alterius essentia. Idem dices etiam de eo quod rationis est compos, & de potentiis quæ sunt in animo; nempe de potentia memoriæ, & de potentia sic imaginandi. Si enim homo præ aliæ hominè alterius est substantia, alterius quoque generis necesse est esse animæ potentias, & genere (ut ita dicam) differre memoriæ potentiam, à memoriæ potentia; & discurrendi potentiam, à potentia discurrendi. Sed certis agamus, exemplo utentes eorum, quæ similiter intelligunt, & discuntur; ita ut unus spiritalis, alter terrestris (ut illi loquuntur) similiter assentiantur, vel assensionem inhi-beant, aut abnuant, utrum hæc similitudo fuit in diversis essentia, an potius passio similis fuit, quoniam id cui contingit passio, erat ejusdem essentia? Atque equidem si dixerint eandem figuras imaginationum, & assensionum, & recordationum, & discursum factas fuisse in his quæ essentia differant, alienum est à ratione; Sin vero dicent, eos qui sunt ejusdem essentia, quandam & aliam esse habere essentiam particularem ab illis diversam, fatuum erit. Offendant præter has potentias alteram quandam essentiam esse non intelligentem, neque considerantem,

neque reminiscentem, neque imaginantem, esse in his quos spirituales appellant, & in his quos terrestres, meliorem potentia intelligendi, atque cogitandi, vel similem,

Pars II. Kr vel

γενῆαι πνεύς γενένης τέκνα, καὶ σκότες, καὶ ἀνο-
μίας, καὶ ὀφείων, καὶ ἐχιδνῶν γυνήματα· ἐν
τοῖς φθοῖς, ταῦτά πᾶν τῇ αὐτῇ φύσει. Φθο-
ροποιὰ γὰρ, καὶ ἀναλίσκοντα τὰς ἐμβληθέν-
τας αἰσῶ, ἀλλ' ἐπεὶ ἐπὶ ἐξῆσαν τὰ ὀκείνων
ἔργα τέκνα αὐτῶν ἐξήταν· τοιαῦτ' ἔστι διαστο-
λὴν δεδωκώς, ἐδὲ καὶ ὅποσον δὸς τῷ γρα-
φῶν παρεμυθήσατο τῷ ἰδίῳ δῆγησιν. εἰποι-
μὲν δ' ἂν περὶ αὐτὸν ὅτι εἰ μὴ φύσις, ἀλλὰ
ἀξία γενένης τέκνα ὀνομαζέται, καὶ σκότες, καὶ
ἀνομίας. Φθοροποιὰ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀναλί-
σκοιτο μάλλον, ἢ πῶς συνιστᾷ, πῶς ὁ παῦλος
φῆσι περὶ ἡμεῶν φύσις τέκνα ὀργῆς ὡς καὶ οἱ
λοιποὶ, ἢ λεγέτωσαν ἡμῖν ὡς οὐκ ἐστὶ ἀναλω-
τικόν, καὶ μαλιστα κατ' αὐτὸν φθοροποιόν, ἢ
ὀργῆς τέκνα ἡμεῶν· πάλιν φησὶν ὅτι τέκνα ἔ-
σονται καὶ οἱ ἄλλοι τέκνα, ἐχ' ὅτι γενεῶν πᾶς
ὁ δαδολῶ, ἀλλ' ὅτι τὰ ἔργα τῶν διαβόλων
ποιεῖντες ὁμοιωθήσονται αὐτοῖς· πόσω καὶ βέλπον
περὶ πάντων τῶν ἑδιδόλων τέκνων τῶν διαβόλων
καὶ, ὡς ὁμοιωθῶν αὐτῶν τῶν ποιῶν τὰ ἔργα
αὐτῶν, καὶ ἐὰν τῶν ἐσίων, ἐστὶν καὶ τῶν κερδῶν,
τῶν χωρὶς ἔργων, τέκνων διαβόλων χρηματι-
ζόντων, ἐκείνῳ ἀνθρωποκτόνῳ· ὡς ἀπ' ἀν-
θρώπου, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἐχ' ἐξέκειν, ὅτι οὐκ ἐστὶν
ἀληθεῖς ἐν αὐτῷ· ἐπεὶ ἐστὶς κοινότερος ἀνθρω-
ποκτόνῳ, ὅπως ποτε ἀπέκτεινεν ἀνθρώπον, ὅς
πῶς ἐστὶ καὶ μέσος, κατ' ὃ καὶ ζήλω θεῷ πε-
ποιήκειν ὁ φινεὲς ἀποκτείναν τὸν ἱσραηλῆν
πορευθέντα, καὶ τῶν μαδανῶν, ἀνθρωποκτό-
νῳ· ἐφ' ἐκτὸς ρηθῆσε, καὶ ὁ δαδὶς ἐν ὀνόμα-
τι κυρίου τῷ δυνάμειον θεῷ, ὡς τὰ ἔξω ἱσρα-
ὴλ τὸν γολιάθ, ζητήσαν τῶν ἀληθινῶν ἀνθρώ-
πων, καὶ τὸν ἐναντίον ταύτῃ θάνατον αὐτοῦ,
ἵνα νοηθῇ ὁ φεκτός ἀνθρωποκτόνῳ, καὶ ὅσον
μὲν ἐπὶ τῆς ἱσραὴλ φησὶς τὸν ἄδამ καὶ τῶν
ἄλλων ὅσον ἐχ' ἡμαρτήσαντες μὴ ἀνθρώπων. ἢ ὅ
ἡμεῖς ἐφαγον δὸς τῶν ἀπληροθυμῶν ξύλων,
διῆλθον καὶ τενηκέαν, οὐκ ἀλλετῶς ἀποκτείναν-
τες αὐτοὺς ἢ ἐφ' ἀνθρωποκτενῶν διαβόλων,
ὅτε τῶν θύαν διαβόλων ἡπάτησε, καὶ ἡ θύα
δέδωκε τῷ ἀνδρὶ δὸς τῶν ξύλων, καὶ ἐφαγεν ὁ
ἀνὴρ καὶ μὴ ὄντως βαδύτερος τῶν δομάτων,
νοήσας τὸ· οὐκ ἀποκτείναν, ἀλλὰ ζήσο-
μαι, καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα κυρίου, καὶ τὸ
ὡς ὁ σωτήρ περὶ τὰς σαδδουκαίους δια-
ρῆναι τὰς συνειναι ἐλεγον μὲν δυναμέ-
νοι ἐξηγῆσθαι ἐν πᾶσι καὶ ματθαῖον περὶ τῆς ἀνα-
στάσεως τῶν νεκρῶν. οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ρηθῆναι

Pars 11.

Atque, juxta quod dicuntur quidam ge-
henna filii, & tenebrarum, & iniquita-
tis, & serpentium, & viperarum proge-
nies. Non enim generant hæc, inquit,
talía quædam sua ipsorum natura, cum
potius corrumpant, consumantque eos
qui in se coniecti fuerint: sed quoniam
effecerint illorum opera, eorum filii
vocantur. Hanc autem differentiam
cum dederit, cumque ne tantulum qui-
dem suam narrationem ex Scripturis
confirmarit, respondebimus illi, si non
natura, sed dignitate vocantur gehennæ
filii, & tenebrarum, & iniquitatis,
nam hæc corrumpunt, consumunt ma-
gis, quam confirmant, quomodo Pau-
lus hoc inquit: *Natura eramus filii iræ,*
sicut & ceteri? Alioquin dicant nobis
iram illam, cujus nos natura filii era-
mus, non consumere, & ex se maxime
non corrumpere. Rursum inquit, Dia-
boli filios à Jesu hos dici, non quod Dia-
bolus generet, sed quod Diaboli opera
facientes assimilati fuerint ipsi. At vero
quanto melius est idcirco eos Diaboli
filios haberi, quia illi assimiles sint faci-
endo opera ejus, non essentiam, neque
per creationem, in qua nulla sunt opera.

TOMUS VIGESIMUS
QUARTUS.

*Ille homicida erat ab initio, & in veritate
non stetit, quia non est veritas in eo.* Ioh. 8. 44.

Quoniam generatim homicida est
ille, qui quomodo cumque interfe-
cit hominem qui etiam est indiffe-
rens, juxta id quod etiam fecit Phinees
qui Israelitam interfecit fornicantem,
& Madianitam; & David etiam abs-
que vituperatione dicitur homicida,
qui in nomine Domini Dei virtutum
coram acie Israelis interfecit Goliath,
quærendum est, quænam sit hominis
vera vita; & rursum quæ sit hujus mors,
veræ vitæ contraria: ut intelligamus,
quisnam sit vituperabilis homicida. Et
quantum quidem ad historiam perti-
net, dices, Adam & Evam tamdiu in-
terfectos non fuisse, quamdiu non pec-
caverunt; mox vero periisse in ea die,
qua delicto vetito comederunt: nullo
alio interficiente eos, quam homicida
illo Diabolo; quando Evam decepit
serpentem, & Eva dedit viro delicto,
& comedit vir. Quantum vero ad pro-
fundiora dogmata, si consideraveris
dictum illud: *Non moriar, sed vivam,*
& enarrabo opera Domini, & illud à Ser-
vatore dictum ad Sadducæos occul-
tissime his, qui quod dictum erat intelligere
quirent, in Evangelio à Matthæo tradi-
to de resurrectione mortuorum: *Annon* Matth. 22.

Rr 2

legi. 31. 32.